

iura imperii, et quod administratio imperii ad ipsum Iohannem<sup>w)</sup> pertinebat de iure, et alia plura in ipsis processibus asserens et de facto attentans<sup>x)</sup> contra nos et iura<sup>y)</sup> imperii et contra iura<sup>z)</sup> et libertates<sup>a)</sup> illorum, ad quos vacante imperio pertinet electio regis Romanorum, et contra iura et libertates principum Alamannie<sup>b)</sup> et subditorum imperii et contra consuetudines antiquitas<sup>c)</sup> rationabiliter<sup>d)</sup> introductas et observatas, prout in ipsis processibus, immo verius excessibus, continetur. Insuper post dictos processus quasdam litteras sub bulla sua<sup>10)</sup> dicitur fecisse et per mundum publice transmisisse, in quibus asserit, se totam Italiam ab imperio et regno Alamannie<sup>e)</sup> separasse, insinuans per<sup>f)</sup> sua scripta<sup>f)</sup> et dicta, quod papa tamquam dominus universalis non<sup>g)</sup> solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus potest tam de imperio quam de omnibus regnis<sup>h)</sup> et dominiis temporalibus<sup>i)</sup> totius mundi ad suum libitum disponere et ordinare.

Ad que omnia duximus respondendum, quod dicti<sup>k)</sup> omnes<sup>l)</sup> processus, assertiones et littere et<sup>m)</sup> omnia et singula, que per dictum Iohannem in predictis et circa predicta gesta seu attemptata<sup>n)</sup> fuisse dicuntur, fuerunt et sunt nulli<sup>o)</sup><sup>p)</sup> et<sup>p)</sup> nulla et nullius valoris<sup>q)</sup> et momenti<sup>r)</sup> rationibus infrascriptis:

Prima ratio est, quoniam papa, quantumcumque catholicus<sup>s)</sup> et<sup>s)</sup> legitimus sit, non habet talem potestatem nec auctoritatem aut<sup>t)</sup> iurisdictionem in temporalibus et maxime supra iura imperii, quod est immediate<sup>u)</sup> a solo<sup>u)</sup> Deo, ut<sup>v)</sup> evidenter probant canones et iura<sup>v)</sup>

w) *fehlt V*

x) *attemptans EV*

y) *fehlt Nv*

z) *ius G*

a) *libertas NpNv*

b) *Alemannie V*

c) *antiquas G*

d) *fehlt V*

e) *Alemannie V*

f) *per sua scripta] in sua scriptura NpNv*

g) *folgt totum V*

h) *negotiis NpNv*

i) *fehlt K*

k) *vor processus E*

l) *fehlt NpNv*

m) *ac NpNv*

n) *attemptata VG*

o) *hinter nulla V*

p) *fehlt NpNv*

q) *valori V*

r) *momentis V*

s) *fehlt G*

t) *nec G*

u) *immediatum NpNv*

v) *fehlt NpNv*

v) *ut — iura] ut evidenter probatum est per auctoritates et iura G*

<sup>10)</sup> Gemeint ist die Bulle *Quia in futurorum eventibus*, hg. v. F. Zimmermann, MIOG 14 (1893) S. 331—334. Zur Frage, ob diese Bulle ausgefertigt worden ist oder ob sie nur einen Entwurf darstellt, vgl. oben S. 478 mit Anm. 127.